



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Exercitivm Perfectionis, Et Virtvtvm Christianarvm**

In tres Partes distinctum

**Rodríguez, Alonso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1622**

XVIII. Confirmantur superiora aliquot exemplis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40072**

*Militia est rendo, non minor em adificationem dum mor-  
ita hominis laborat. quādum valebat corpore, ad ma-  
iorem Dei gloriam prestare cūret.*

*Psal. 5. 3.*

S. Ioannes Chrysostom. super illa. Pro-  
phetæ verba: *Dominus ut scuto bona & velun-  
tatu tua corona nos docens, quomodo,  
quoad diu viuimus, semper nobis pugna-  
dum sit, ac proinde semper ad pugna pa-  
rati armatiq; incedere debeamus, tam æ-*

*Morbi tempo-  
re maxime  
pugnandum.*

*groti quam sani, ait: Morbi tempore huius  
maxime pugna tempus est, quando dolores  
vndique conturbant animam, quando tristi-  
tia obsidet, quando adeſt Diabolus incitans,  
ut acerbum aliquid verbum dicamus, & in  
querimonias mormurationemque pro-  
rumpamus: atq; ideo virtutem tum po-  
tissimum exercere & patere facere necesse est.*

*Epiſt. 7. 8.*

Hinc Seneca docet, virum fortem, for-  
titudinis suæ exercendæ etiam in lecto  
occasione habere, non minus in contra-  
morborū dolores ac molestias, quam in  
acie aduersus hostes pugnando, quia præ-  
cipua & potissima fortitudinis pars in per-  
ferendo magis, quam in configredo con-  
sistit. Testatur id est Sapiens, dum ait:  
*Melior est patiens viro forti, & qui domina-  
tur animo suo, expugnatore urbium.*

## CAPUT XVIII.

### Confirmantur superiora aliquot exemplis.

*Blofus c. n. monit. fuit:* BEATÆ virginis Certeudi aliquando  
aperiuit Redemptor Iesus Christus,  
ferēs in dextera sua sanitatem, & in sinistra  
infirmitatem, monens, vt, vtram veller,  
eligeret. Ipsa ab ira que manu Domini  
se auertens, ait: *Domine ego toto corde de-  
sidero, ut non meam voluntatem respi-  
cias, sed tuum beneplacitum in omnibus  
perfici, & quod ad maiorem tuam gloriam  
faciat.*

*Marul. lib. 5. 9. 4. Jacob. de Veragine.* Quidam S. Thomæ Cantuariensi ad-  
dictus ac deuotus, æger illius sepulcrum  
adijt, cum rogaturus, vt sibi à Domino  
sanitatem imperaret. Quam consequen-  
tus, & ad suos reuerfus, cogitare secum  
cepit, cur, si illa infirmitas sibi magis ad  
salutem consequendam conueniret, sa-

nitatem postulasset. Tanti porro apud eam ponderis haec ratio fuit, vt sancti martyris sepulcrum rursus adiens, ipsum precatus sit, vt, quod sibi ad salutem extream consequendam magis contineat esse, id sibi dare dignaretur. Cui cum Dominus hunc ipsum morbum immisisset, mire eo gauisus fuit; facile intelligens, hunc sibi prævaleudine expedire.

Simile quid in vita Sancti Vedasti Episcopi legitur: Cœcus quidam, quo die in sancti ihuuius corpus eleuabatur, quam ardenterissime sanctas eius reliquias suis oculis contueri desiderabat: qui cum voti factus esset compos, & vidisser, quod desiderarat, oculosq; sibi restitutos aduerteret; Dominum orauit, vt, si visus ille sibi ad animæ bonum non expidiret, priorem sibi coecitatem redderet. Quia oratione facta, siuos rursus sibi oculos cepi, sequente circum esse sensit.

S. Antonius Abbas, vt narrat Hieronymus, cum euocatus a S. Athanasio Archiepiscopo, Alexandriam se conculisset, et illum in heresis ibidem suppululantibus confutandis & extirpandis adiuveret, inuenit ibi Didymum, virum eruditissimum, at oculis corporeis defictum: qui cum Antonius multa de sacra Scriptura conferens, tam profundam in eo doctrinam competit, vt illius ingenium & doctrinam maximopere admiraretur. Hac tractatione absoluta, quæsivit ab eo, num ob haec coecitatem costristaretur: ille autem tacuit, & præ pudore respondere ausus non fuit. Donec secundo & tertio idem rogatus, ingenuè confessus est, ob illam se costristari. Quem consolatus Antonius, ait: Miror te virum tam eruditum & tam præstatis ingenij properea miserore conseruari, quod careas eo, quod muscis, formicis, lacertis, & vilibus terra animalibus donatum est; & non potius delectari, quod habeas id, quod soli sancti & Apostoli habere meruerunt. Vnde de videre est, inquit Hieronymus, multo esse potius spirituales oculos habere, quam corporales.

S. Do-

S. Dominicus Romæ habitans, mulierem quandam afflictam, morbidam, arde reclusam, illustrem Deifamulam, quæq; ad portam S. Ioannis in Laterano in turri solitaria agebat, identidem visitabat: quin & confessionis, ac Venerabilis Eu charistie Sacramenta ei non raro ministrabat. Mulier in omen etat Bona. Cui nomenclatura ita ip'a vita tuæ modo respondebat, vt eam cœn bonam Deus in labotibus & vitæ ærumnis lætari, in morte vero solum quietem inuenire faceret. Pusidum hæc in mammillis vleus habebat; vptote quas dudum edax cancer depaseret, ac vermes foetidissimi incolerent: quem cruciatum cum aliis quislibet, quia enormis erat ferre non potuisset, ipsa nihilominus incredibili patientia ac silencio cerebat. Deoque assidua gratiarum actione benedicebat. S. Dominicus, quod cam ita morbis vexatam, & in virtute tam solide fundatam cerneret, magnopere erga ipsam afficiebatur. Quadam ergo die, postquam illam Sacramentis vitalibus reseruerat, horrendum & purulentum illud vberum vleus sibi petij ostedi. Quod eti Bona initio detrectarer, sancti tamen viri postularis tandem morem gesit. Vt ergo retectis mammillis, Dominicus putidam purulentiam, apostema, cancrum, & vermes ex ijs scaturientes conspexit, simul eius patientiam & animæquitatem, eiusdem quidem commiseratione motus est; has tamen plagas & apostema omnibus terrena thesauris & gemmis prætulit, vnumq; sibi de vermis illis proserpentibus, quasi pretiosas aliquas reliquias datis petij. Non ramen eum Bona dare voluit, quam ei Dominicus eum se redditum promiteret: Quia iam tum tantorum pere se etiamnum viuam rodi ac comedii gaudebat, vt, si quis vermium illorum in terram diffueret, eum ipsa suum in locum reinsereret. Quare, fide prius accepta, vnum satis grandem & longum, & caput nigrum præferentem Dominico dedit. Vixdum cum Dominicus in manus acceperat, & ecce in gemmas pretiosissimas conuertitur. Quo viso percul-

si adstantes fratres, Patrem suum rogant, ne Bonæ lumbicum reddat: Ipsa vero, cum ex compromisso instanter postulans, suam sibi petij restitu gemmam. Sed dum illa Bonæ redditur, in priorem vernis fœmam rediens, ab ipsa mammillis, in quibus enatus & alitus erat, inferitur. Dominicus vero Dominum pro illa deprecans, eique cruce facta benedicens, inde decessit. Sed cum è turris gradibus descendaret, purida mulieris vbera vna cum vermis omnibus exciderunt, & paulatim noua succrescente carne, paucis post diebus sanitati est restituta, e-  
S. Dominici  
narrans omnibus, quæ per seruum suum  
benedictio sa-  
nat cancrium.

Fr. Reginaldus, vti eadem historia prodit, dum cum S. Dominico de ueste religiosa assumenda serio agitaret, & iam eam induere firmiter apud se statuisset, non multo post in continuam incidit febris, &, vt quidem medici censemant, mortalem, S. P. Dominicus de illius valetudine mirum in modum sollicitus, assidue Deum Optimum Maximum pro eo oratione interpellabat: & tam ipse, quam ager, miro animi studio ac sensu, Deiparae Matris opem exposcebant. Hæc ambo dum instanter orant, ecce tibi Reginaldi cubiculum sacratissima cœli Regina, mirabili & cœlesti quodam fulgori resplendens, alijs duabus virginibus beatis (& vt quidem apparebat, S. Cecilia & Catharina Martyribus) comitata ingreditur, quæ vna cum beatissima Virgine, ad ægrotantis lectulum proprius accesserunt. Hunc ergo clementissima cœlitum Regina, & mater pietatis, consolata est, dicens: Quid tibi vis faciam Reginalde? Nam venio, vt postulata tibi concedam: ergo hæc quæ sint, audacter mihi dicio; nam haud dubie voti tui compos redderis. Turbatur ad hæc eius verba animi dabis Reginaldus, & cœlestivisione velut consternatus, hæret aniceps, nescius quid aut ageret aut pereceret. Sed vna de sanctis illis Deiparae comitibus, hanc ab eo quamprimum

Qq 2 hæ-

*Voluntus Dei* hæsitationem excusavit, dicens: *Nihil certi non nostra petas, frater, sed omnia petenda illi comitada.*

petas, frater, sed omnia pete  
mitte, siquidem melius illa tibi dare,  
quod necesse est, nouit, quam tu poscere.  
Consilium hoc adeo prudens & discre-  
tum, æger sequutus, hoc modo Deipara  
Matri respondit: Nihil prorsus peto, Do-  
mina, & alia voluntatē non habeo, quam  
tuam vnius: in illā ergo & manus tuas tō-  
tum me resigno. Quas ipsa tū blande ex-  
tendens, & oleū, quod ad hunc effectum  
comites secum tulerant, accipiens, Regi-  
naldum vixit, eo prorsus modo, quo mori-  
turi solēt sacro oleo inungi. Tantæ por-  
to sacrarum illarum manuum contactus  
fuit efficacī, ut statim reliquerit eum fe-  
bris, & ita confirmatis fuerit viribus,  
tanquam si nunquā ægrotasset. Et (quod  
amplius est) ad singulare illud redditæ sa-  
nitatis corporeæ beneficium, aliam ma-  
iorem in anima gratiam ac virtutem ac-  
cepit; quod nimirum ex illo die nullum  
amplius in se, quoad vixit, carnalem in-  
honestumque vlo in loco vel occasione  
motum senserit.

*Hist. Eccle. p.  
2. lib. 6. e. 2.* In historia Ecclesiastica scriptum est, inter omnes, qui illa tempestate floruerunt, viros sanctos eminuisse Beniamimum quendam: utpote cui à Deo datum erat infirmos omnes, nullo extrinsecus adhibito medicamento; curare, tantum leuiter manu eos tangendo, oleo paululum inungendo, & orationem super eos fundendo. Etsi vero ægris quibuslibet sanitatem restitueret, hydropem tamen ipsé mire afflictabatur, itaque distentus ab eodem & inflatus erat, ut per cellæ suæ ostium egredi non posset, sed cardines eius & postes illi egressuro diueli oporteret. Porro ad octo menses in ea conclusus, sic laborauit iugiter in laxissima quadam sede sedens, donec tandem demortuus est: in qua sedens etsi multos morbos personaret, de sua tamen infirmitate neutriquam conquerebatur, nec expostulans murmurabat, quod sibi ipsi sanitatem reddere non posset. Eos vero, qui sui commiseratione tangebantur, consolabatur, ac dicebat: Rogate Deum tantum

B. Virginis  
vultus sani-  
tatem & ca-  
ritatem tri-  
buit.

Hist. Eccle. p.  
2. lib. 6. c. 2.

*Æger ipse  
miles sanas.*

pro anima mea, de corpore parum estote solliciti, quia etiam dum sanus eram, ad nihil id mihi vtile erat.

Barnabas Monachus, cum in via in passum pedem induisset, ad dies aliquot cum sibi tolli noluit, nec à plaga curari, ut sic aliquid pro amore Dei pati posset. Ijs autem, à quibus iniuriebatur, dicebat, quanto magis is, qui exterius est, homo patitur & mortificatur, tanto magis qui interius est, viuiscatur & corroboratur.

Monachus quidam nomine Zachaeus, in vita sancti Pachomij scribitur, tam-  
etsi epilepsia iugiter laboraret, non pro-  
pterea vel apicem de solito rigore & abili-  
tientia sua, qua ad panem nudum nonni-  
si salem addebat, remittebat: tam quoq;  
frequens & assiduus in oratione erat, ac  
cæteri bene valentes, semper vna cum iis  
ad Matutinum & reliquas horas confi-  
dens. Reliquo autem tempore, quod illi  
aboratione vacuum erat, stoteis, sponte-  
lis, & funibus è sparto texendis sece occu-  
pabat: cuius asperitate manus ita con-  
vulneratas habebat, vt sanguis illi iugiter  
fissuris decurreret: quod non nisi otium vi-  
tandi gratia faciebat. Nocte vero, ante-  
quam se ad quietem componeret, aliquid  
pro more è sacra Scriptura meditabatur,  
crucisque se signo deinde communiebat:  
quo facto, paulisper dormiebat, vsq; dum  
tempus matutinarū instaret; ad quas, ut  
dictum est, surgebat, ac tamdiu in ijs & in  
oratione reliqua perseverabat, donec il-  
lucseret. Hoc scilicet modo suum san-  
ctus ille æger tempus disperbiebat,  
hæcq; ordinaria eius erant exercitia. Sed  
cum alius cum Monachus inuiceret, ma-  
nusq; eius convulneratas & cruentas vi-  
deret, suasit, vt oleo eas inungeret, fore  
enim, vt illæ scissura tantos dolores non  
afferrent. Fecit id Zachaeus; sed adeo do-  
lor non est imminutus, vt etiā magis in-  
creuerit. Verū cum ipse deinde S. Pacho-  
mium inuixeret, narratq; quid malo pel-  
lendo fecisset, at illi vir sanctus: Putalne  
filii, Deum infirmitates nostras nō intre-  
ri, & si ipsi placuerit, eas sanare nō posse?  
Quod

Quod ergo eas minime sanet, sed in ijs  
diu nos languere sinat, donec non roga-  
tus auferre eas ipse velit, ideo id ab eo fie-  
ri credendum, vt nostri curam omnem il-  
li concedamus, inq; eo solo fiduciam no-  
stram collocemus: ad magnū quoq; ani-  
marum nostrarū bonum & utilitatem, vt  
nimur nobis postea pro brevibus illis  
laboribus, quos nobis immittit, mercede  
& coronam adaugeat, & vclut duplicatam  
reparat. His auditis Zachæus, mire ani-  
mo compunctus: Ignoscat, inquit, mihi  
Deus hoc patue in eum fiduciae, & cum  
divina eius voluntate conformitatis, &  
desiderij sanitatis peccatum. Hinc, post-  
quam Pachomius inde discessit, leue hæc  
noxam anno integro tam rigido expiavit  
ieiunio, vt non nisi post duos ieiunij dies  
cibum gustaret, & eum quidem tenuissi-  
mum, & quem etiam cum lachrymis mi-  
serer. Memorabile hoc Zachæi exem-  
plum Pachomius identidem apud fratres  
suos commemorare solebat, vt eos ad  
perseverandum in laboribus, in Deo con-  
fidendum, & leuia delicta non parui fa-  
cienda cohortaretur.

## CAPUT XIX.

Quam tam in morte, quam in vita  
nos preferre oporteat, cum  
Dei voluntate con-  
cordiam.

**C**ONFORMES insuper cum Dei vo-  
luntate esse debemus, tam ad mori-  
endum, quam ad viuendum. Et quan-  
quam ipsum mori ex se perdifficile sit &  
peracerbum (ait si quidem Philosophus:  
Omnium rerum nihil morte terribilis, nihil  
acerbus) in Religiosis ramen difficultas  
hec magna ex parte est immunita, & acer-  
bitas dulcorata: quia iam medium, imo  
prope totum viæ, qua ad mortem itur,  
curlum confecimus.

Nam primo, ideo præcipue mundanis  
hominibus ipsa mors acerba, & eius ho-  
ta dura esse solet, quod opes, honores,  
voluptates, delectationes, commoda,

delicias, quibus hac in vita fruebantur,  
amicos item, consanguineos, hic cha-  
ram vxorem, ille filios dilectissimos relin-  
quere cogantur: quæ singula in illa an-  
gustia hora non parum hominem turbare  
& angere solent, præsertim quando ijs  
ante occursum non est. Vniuersa hæc ma-  
ture in tempore Religiosus iam reliquit;  
vnde ea relinquere, illi nec graue est, nec  
difficile.

Si quando dens molaris iam undequa-  
que decarnatus est, & à gingivis solutus,  
nullo negotio ore educitur; at si eum non  
oblata circuiscens carne, educere chyrur-  
gus satagat, ingētem tibi dolorē adferet:  
ad eundem modum Religioso, qui ab o-  
mnibus mundi rebus iam dudum diuul-  
sus & sequestratus est, in hora mortis gra-  
ue non est easdē penitus relinquere: iam  
dudum enim eas volūtarie magnoq; me-  
rito suo, dū primū Religioni nōmē dedit,  
relinquit; nec expectauit, vsq; dum eas in  
mortis hora aliquando relinquenter, vt fa-  
ciunt mundani, quādo eę necessitate pre-  
mente (ethi ipsiis inuitis, & magno cū do-  
lore & amaritudine, ac sēpenumero sine  
vlo merito) relinquendæ sunt: quia runc  
sitos illę potius possessores, quam illas  
deserunt. Atq; hic est vñus de præcipuis,  
quos mundi abnegatio, & Religionis in-  
gressus continet, fructibus, vt bene ob-  
seruat Chrysostomus: quod nimiram *Homil. 14. in  
mundanis*, qui in opibus, voluptatibus, *1. ad Tim.*  
& delicijs vitæ huius requiem suam & pa-  
cem collocarūt, mors accidat quam pœ-  
nissima, iuxta illam Sapientis gnomen: *Eccles. 41. x.*  
*O mors quam amara est memoria tua, ho-*  
*mini pacem habenti in substantia sua! Si*

*vel ipsa mortis memoria tam amara est,* *Memoria est*  
quam erit dura eius præsentia! Si sola  
cogitatio amaricat, quomodo amarica-  
bit gustus? Religiō autem, qui iam  
dudum omnia illa deseruit, mors ad-  
eo non amara est, vt etiam lēta, iucun-  
da ac sapida sit, vt pote malorum eius  
finis, & laborum terminus, & in  
qua ipse premium & mercedem pro o-  
mni eo, quod causa Dei reliquit, est re-  
cepturus.

*Morientes de-  
seruntur, non  
deserūt mun-  
dum.*

*Fructus Reli-  
gionis mortis  
suaus.*

Qq 3 Alte-